

¶ Nono dubitat de illo qui iuit vsq; ad medi-
az viam & non potuit vterius ire. z de illo qui
nō cōpleuit numerum dierum sed ista tolluntur
in bulla Clementis de qua supra.

¶ Detimo vtrum p̄sit illi qui non vadit p̄sonali-
ter sed mittit alium. Cōter tenetur q; si ē iuste
impeditus sibi p̄dest alias secus.

¶ Vndetimo vtrum indulgentia p̄sit illi tm̄ q
dat modicuz quātum illi qui dat multum.

¶ Duodetimo Vtrum faciēs pluries actū req
sitz ad indulgentiam gaudeat illa indulgentia
pluries. puta si pluries iuit romam in anno iu-
bilei. Si pluries visitauit ecclesias. & ex bulla
Bonifaci octauī q; plus meretur.

¶ Detimotertio Vtrum tm̄ proficit illi qui iuit
equester sicut illi qui iuit pedester. & hic solet
attendi qualitas persone.

¶ Vltimo Vtrum indulgentia proficit illi qui p̄
textu indulgentie hoc est confidens indulgen-
tia cōmisit aliquod crimen. & cōmuniter teneñ
q; non. habetur etiam in dictis iuribus quot re-
quirantur ad hoc vt indulgentia proficit. de qui-
bus in dictis iurib; quod autē. etiam. c. n̄ro. zc
Et hec succinte sint dicta de iubileo per me Io-
hannem de anania. archidiaconū. Bononiē.

Fins.

Interrogationes Et doctrina quibus quilibet
sacerdos debet interrogare suū confitētem

¶ Le sunt multa utilia pro confessori-
bus ad introducēdū gētes simplices.

Primō. qualis debet esse confessio.

Quomodo confessor docebit suū cōfitētem

Qualiter confessor confortabit penitētem.

Quomodo confessor ordinat confessionem

Que sunt per confessorem cauenda.

De inquisitione confessoris ad confitentem

De modis querendi circa peccatum.

De querendis circa peccata mortalia.

De querendis circa precepta legis.

Que uota sunt tenenda et que non.

Que iuramenta sunt seruanda.

Quibus confessor debet prohibere ne ipsi re-

cipiant corpus xpi. Qualiter confessio est

facienda. Rubrica.

¶ Qualis debet esse confessor.

¶ Primo debet esse dulcis in corrigendo.

¶ Secundo prudens in instruendo.

¶ Tertio pius in puniendo.

Rom. Adamus Ros

Quarto affabilis interrogando. Quinto
suavis in consulendo. Sexto sit discretus pe
nitentiam iniungendo. Septimo sit mutus
confitentem audiendo. Octauo sit benignus
in absoluendo. Vnde Xpus.
Confessor dulcis prudens pius affabilis q.
Suavis et discretus mutus sit atq. benignus.
Hec octo tibi precipiunt iura teneto.

Quomodo confessor docebit confitentem.

Primo. Confessor recipiat benigne et gratio
se confitentem dum uenit. Item faciat con
fitentem esse iuxta latus suum. Item dicat
ei q. confitetur uicario christi. Item dicat
ei q. signet se signo sancte crucis dicendo.
In nomine patris et filii et spiritus sancti.

Quomodo confessor confitentem confortabit.

Primo

Ostendit ei q. Christus mortuus fuit pro
nobis peccatoribus. Item q. ipse est pius et
misericors. Item q. sibi indulget si con
fiteatur. Item q. sanctus Petrus negauit
Christum. Item quomodo sanctus Paulus

persequabatur Christum. Item q. sanctus dauid
fecit homicidium. Item de peccato beate ma
rie magdalenae. Item de Cananea capta in ad
ulterio. Et tamen isti omnes sunt sanctifica
ti. quia penituerunt et confessi sunt. Item
q. melius est detegere peccatum suum in
hoc mundo uni sacerdoti. q. coram omnibus
in alio mundo. Et cum hoc perpetue dampnari

Quomodo Confessor ordinat
confessionem. Primo

Audiat confessionem generalem. deinde
audiat confessionem specialem. Primo de
quinque sensibus corporis. Deinde de septem
peccatis mortalibus. Item de decem precep
tis sacre legis. Item de duodecim articulis
fidei. Item de septem sacramentis ecclesie.
Item de septem operibus misericordie tem
poralibus et spiritualibus. Item de confes
sione non debite facta. Item de penitentia non
debite completis. Item de participando cum
excommunicatis.

Que sunt cauenda per confessorem.

Lin. i. 400381

*si bis magis dicitur in cathedra
vel iudicium An yfessus ad*

Primo cauetur confessor ne querat de peccatis singulariter sed in generali. Item non querat confessor cum quo uel cum qua confitens peccauerit. Item caueat ne uituperet confitentem nec eum reprehendat usque ad finem. Item non respicit confitentem in facie. Item nihil interroget donec compleuerit. Item non petat confitentem qui fecit te peccare. Quia nullum debet accusare.

De inquisitione confessoris erga confitentem

Primo petat si sciat pater noster. Aue maria. Credo in deum et articulos fidei et decem precepta legis. Et si nesciat precepta et quod addiscat. Item querat ab eo si sit excommunicatus. Item si compleuerit suas penitencias. Item si habet rancorem contra aliquem. Item si uere penitet de suis peccatis. Item si dimiserit dicere uel obmisit aliquod peccatum. Item si uelit se abstinere a peccato. Item si uelit obedire mandatis ecclesie. Item si habet uoluntatem satisfaciendi.

De querendis per confessorem
circa quodlibet peccatum.

Primo querat Confessor quid fecit confitens ut sciat si sit mortale uel ueniale. Secundo cui fecit quia grauius est peccare clericum quam laicum. Tercio ubi fecit quia deterius esset intra ecclesiam quam extra. Quarto quare fecit quia peccare maliciose est peius quam peccare a casu. Quinto quot uerbis fecit illud peccatum quia grauius est bis quam semel. Sexto quomodo peccauit utrum modo consueto uel contra naturam. Septimo quando fecit quia peius est in die festo quam in feriale.

De querendis per confessorem
circa decem precepta legis

Circa primum queritur Si credidit in deum articulos fidei et sacramenta ecclesie. Si adhibuit fidem sortilegis sompnis auguris et incantationibus etc. Si diligit fratrem suum christianum. Et uellet quod saluetur sicut ipse. Circa secundum querit si iurauerit se. Si iurauerit deum et sanctos sine causa. Si mendacia dixerit. Si uota fregit. Circa tertium queratur si festa seruauerit. Si quadragesimam et uigilias seruauerit. Si tempus in ludis et sociis perdidit.

Circa quartum. si parentibus obediuit Si
eis in suis necessitatibus subuenerit Si platos
et maiores honorauerit. Circa quintum Si
homicidium fecit uel consenserit Si subuenit in
firmo in articulo mortis Si fecit qd mulieres
non concipient Si fecit qd mulier fecit abortum

Circa sextum Si detinet mercedem seruorum
Si fideliter laborauerit pro aliis Si furtum sci
enter emerit Si perditum notum sibi detinuerit.

Circa septimum Si uiolauit mulierem Si in
partu uel in puerperio eam cognouit. Circa
octauum Si aliquis blasphemauerit Si de igno
tis sibi disposuerit. Circa nonum si uxorem
uicini attraxerit Si maritum pro ea uispendent

Circa decimum quere. Si agros domos aut
seruos sui uicini concupuerit.

De querendis circa peccata mortalia

Circa Superbiam quere. si iactet se propter ami
cos uel propter diuitias Si crediderit habere bo
na sua de seipso Si crediderit qd sit bonus et
iustus. Circa Inuidiam. Si gaudet de malo
alicuius Si gaudet cum aliquis uituperatur Si
dolet de bono et utilitate aliorum. Circa Ira

Si percussit aliquem Si fecerit uel dixerit ali
cui iniuriam Si uolunisset esse mortuus in sua
ira. Circa accidiam. si uadit ad ecclesiam Si
penitentias sibi iniunctas fecit Si dixerit sepe
pater noster Ave maria Credo in deum.

Circa Auariciam Si cupit aliena Si fecit
uel procurauit symoniam Si prestitit ad usuram

Circa Gulum. si contentus sit de uictu Si
comederit multociens in die Si querit uictus
nimis delicatos. Circa Luxuriam. Si de hoc
sepe cogitat Si mulierem tetigit inhoneste Si
mulierem pro aliis procurauit

Que uota sunt tenenda

et que reprobanda

Votum est promissio alicui de aliquo bono fac
to cum deliberatione. Votum de re illicita non
obligat. Votum in ira factum nunc nichil ualz
Votum nulli factum non tenetur. Votum pro
timore factum non tenetur. Votum pro uero
non tenetur nisi post etatem legitimam ratum
et gratum habeant. Votum pegrinationis ux
oris non tenet sine consensu mariti. Votum uxo
ris factum de ieiunio non ualet nisi sit de licet

tia sui mariti. **Votū** castitatis in matrimonio factum non ualet sine consensu amboꝝ. **Votum** impediens cōiugale non ualet neq; tenet in aliquo. **Votum** serui nō liberi de iurando religionem non ualet sine consensu domini. **Votum** pegrinationis de ultra mare non impletur sine licentia pape. **Votum** ieiunii mulieris impregnate non debet seruari ppter periculū. **Votum** cōtra bonū publicum est irritū

Que iuramenta debent seruari et que non

Iuramentū ē affirmatio uel negatio de aliqua sacre rei atestatione. Ad iuramenta tria requiruntur **Primo** ueritas in consciētia iurās q; firmū sciat illud quod iurat **Secūdo** requirit iustitia. s. q; iuret illud quod est licitū et honestū. **Tercio** requiritur iudiciū. s. q; non iuret sine magna necessitate. **Qui** iurat per solem et lunam per ignem per aquam et per talia peccat. **Qui** iurat alicui obedire intelligitur in honestis et licitis. **Qui** iurat facere aliqđ peccatū non debet seruare tale iuramentū. **Qui** iurat non facere elemosinam uel non indulgere offē

sam non ualet. **Qui** iurat de sibi ignotis affirmatiue uel negatiue multū peccat. **Qui** iurat de aliquo sine aliqua magna cā uel sine necessitate peccat. **Qui** iurat cōtra bonos mores uel contra rem publicam non tenet iuramentum nam peccaret grauer sed debet confiteri eo q; sic iurauit.

Quibus confessor phibet recipere corpus xpi

Nullus recipiat corpus Christi nisi prius fuerit debite confessus. **Nullus** recipiat corpus christi nisi fecerit prius satisfactionem si potest. **Nullus** recipiat corpus Xpi nisi prius fecerit penitentiam aut opus misericordie. **Nullus** excomūcatus aut interdictus presumat recipere corpus christi. **Nullus** insensatus uel fatuus aut indiscretus recipiat corpus xpi. **Nus** existēs sciēter i p̄o d; recipere cōpō christi. **Nullus** habēs uomitum uel tūsim seu malum stomachū debet recipere corpus xpi. **Nullus** minor etate. xii. annoꝝ debet recipere corpus christi. **Nullus** habens rancorem con

tra aliquem. nec aliquis dubitas in fide catho-
lica debet recipere corpus christi. Nullus recipi-
at corpus christi post comestionem nisi in ar-
ticulo mortis. Nota qd qui non recipit cor-
pus christi semel in anno peccat mortaliter.
Et hoc nisi sit de consilio superioris. et de li-
centia sui confessoris.

Qualiter confessio est facienda.

Qui se uult confiteri primo debet cogitare ad
peccata que fecit. ad fratrem qd de omnibus
confiteatur. Et nulla dimittantur si pot me-
morari. Primo debet eligere capellanu bene
sapientem cui confiteatur. Et hoc de licentia
sui curati uel superioris. Secundo debet ha-
bere ueram cordis contritionem et displicen-
tiam de peccatis cum proposito amplius non
peccandi. Tertio requiritur oris confessio
peccata sua integre confitendo. seipsum incre-
pando. Et nullum alium si potest bono modo
accusando. Quarto requiritur operis sa-
tisfactio. uel uoluntas satisfaciendi cum pote-
rit iniurias per eum factas emendando. Ab-
lata et inuenta restituendo. Et penitentiam
sibi iniunctam debite et integre adimplendo.

De confessione in generali.

Primo uolens confiteri debet suu confessoru
salutare. deinde se iuxta eu ad suu latus genu-
cularu. Et si est uir dz suu caputu remouere
Mulier uero no. Immo debet tenere caputu
suu ante oculos suos du confitez. Itē confi-
tens debet dicere benedicite. et confessor dz
respondere. dominus sit uobiscu amē. Deind
confitens debet facere confessione generalē
dicēdo sic domine. Confiteor deo omnipotēti
et beate marie uirginet omnibus sanctis. et
uobis patri de omnibus peccatis meis q feci
usq in hunc diē presentē. d gbus omnibus pe-
to deo et uobis qui estis hic locū tenens Ihu
xpi misericordiam et indulgentiam.

De confessione in speciali.

Primo confiteatur de suis peccatis in spali.
Primo d quinq sensibus naturalibus sui cor-
poris quos male rexit et p quos sepe peccauit
Primo de sensu uisus p oculos in aspiciendo
aliquā mulierē cū delectatione. uel cū concupis-
centi uandebita. aut cū indignatione et dispa

centia. Secūdo confiteor de sensu auditus qui fit p̄ aures uana et inutilia ascultando mala uerba et inhonesta de alijs libentissime audiendo Tertio confiteor de sensu odoratus qui fit p̄ nasalū res odoriferas odorando sicut rosas species et similia. Quarto de sensu gustus qui fit in lingua res delectabiles auidē gustādo comedēdo et bibēdo. Quinto cōfiteor d̄ sensu tactus qui fit in omnibus partibus corporis maxime cū manibus mēbra mea illicite tangēdo Viros aut mulieres amplectādo uel indēbite osculādo. Deinde cōfiteatur de cogitatione et ymaginatione que fit in cerebro aut in corde cogitando et ymaginādo cogitaciōes multas malas et pueras. Deinde confiteatur de ore p̄ qd̄ peccauit loquēdo sepe cōtra deū iurādo et malegraciādo ipsū. p̄ximos et alios male diffamādo. Deinde cōfiteatur de pedibus suis quibus iuit ad loca inhonesta et p̄hibita sicut lupanaria tabernas et torneamenta

De septē peccatis mortalibus

Postea confiteatur de septē mortalibus siue criminalibus et de radicibus ipsorū.

De Supbia et de radicibus suis. Primo uoluit supare maiores et despiciere equales et inferiores. Itē fuit arrogēs dicēs se habere multas diuitias quas nō habebat. Item fuit contētiosus imprimēdo ueritatē p̄ magnū clamorē. Item noluit esse obediēs neq̄ suo cōfessori nec mādati ecclesie. Item fuit p̄sumptuosus credēs plus scire uel ualere q̄ sciat uel ualeat. Itē fecit bona publice p̄pter laudē. Item fuit ingratus nolens reddere grās deo de beneficijs per eū acceptis. Item iactauit se habere multa bona et multōs magnos amicos.

De Auaricia seu cupiditate.

Primo fuit nimis cupidus ad bona et honores huius mūdi. Item custodiuit diuitias suas curiose. Item expendit bona nimis parce. Item si fuerit symoniacus uendēdo uel emendo spiritualia. Item de usura si prestitit ad usurā pecuniā uel bladū ut uidelicet recipiat lucrū uel seruiciū. Item si furatus fuerit aliquid. Si detinet aliena uolenter.

De luxuria et pollutione.

Primo delectatur in opere carnalitate uel facto et sine ratione. Item si cognouit carnaliter alienam mulierem uel suam consanguineam. Item de pollutione facta de die uel de nocte uigilando uel dormiendo. Item si cognouit propriam uxorem in puerperio aut in uirginitate aut in ieiuniis uel diebus solemnitibus uel quando erat infirma corpore. Item si contra naturam masculus cum masculino uel cum bestia. Aut mulier cum muliere. uel in loco non ordinato.

De Ira seu Rancore.

Primo quia uoluit habere uindictam de iniuriis sibi factis uel dictis. Item non uoluit indulgere amore dei. Nec expectare uindictam domini. Item si tenet rancorem contra aliquem. Item non tenet patientiam in aduersis. Nec uoluit refrenare animum suum. Item uoluit malum quod non potest complere. sicut furtum aut homicidium. Item predilexisset quando Christus uideus fuisse generitum. et mortuus quam uiuus.

De Gulositate.

Primo bibit uel comedit ultra necessitatem. Item comedit uel bibit nimis auare. Item comedit uel bibit ante horam. Item parauit cibaria care et superflua. Item non abstinit a cibo uel potu ut daret pauperibus et egenis. Item fregit ieiunium propter uentrem. Item tenuit mensam nimis longe.

De Inuidia seu malivolentia.

Primo quia habuit gaudium de damno aliorum et doluit de bono ipsorum. Item plures blasphemauit iniuste. Item mouit sepe discordias inter amicos et coniugatos ac proximos. Item tacuit bonum aliorum. nec uoluit audire uel referre laudem bonorum.

De Accidia seu pigritia.

Primo fuit piger mane surgere ire ad ecclesiam et missam audire. Item fuit piger fragmenta colligere. et ipsa pauperibus dare. Item maluit esse occisus quam deum laudare aut bonum operis facere.

cere. Item negligens fuit bona terre collige
re et ipsa debite seruare. Itē nō fecit diligen
tia de inuitādo alios ad bonū opus faciendū
Itē negligens fuit se tenere honeste.

De decem preceptis legis.

De primo. Nō credit firmiter in deum. nec
amauit eum sup omnia. uel nimis dilexit uxo
rem suā aut filios uel filias. De scdo iurauit
deū et sanctos sine necessitate et iurauit
scienter. De tertio. nō seruauit mādata nec
festa ne abstinuit se a peccato. De quarto nō
honorauit pentes naturales uel spūales. Nec
scām matrē ecclesiā. De quinto. si peccauit
occidēdo uel nō iuuādo moriētes fame uel
frigore. De sexto. rapuit bona aliena aut cō
sentit nec restituit inuēta. De septimo. pec
cauit cognoscēdo uel desiderādo mulierē aie
nā. De octauo dixit testimoniū falsū 2 men
daciū et plures diffamauit. De nono cogno
uit uel cōcupiuit uxore pxiimi seu eā subordi
nauit. De decimo et ultimo cōcupiuit uel ra
puit bona sui uicini aut ea nō custodiuit.

De .XII. articulis fidei.

Primo. nō bene credidit in deū prēm. s; cre
didit sortilegis et somnis. auguris et inuo
catiōibus demonū. De scdo nō bñ credidit

in filiū dei. s; in dominū nostrū Ihesum Cri
stum. de tertio q; sit cōceptus de spū scto
et natus ex maria uirgine. de quarto q; fuit
crucifixus mortuus et in scto sepulchro. se
pultus. de quinto q; tertia die resurrexit a
mortuis in carne et in ossibus suis. De sexto
q; ascendit ad celos et sedet ad dexterā dei
patris. de septimo q; ipse iudicabit oēs 2 red
det unicuiq; iuxta opa sua. de octauo nō bñ
credidit in tertiā psonā trinitatis. scz spūm
sctū. de nono nō bene credidit in scām ec
clesiā et factū et ordinatā p eā. de decimo nō
bene credidit in sacramētū altaris et q; dig
ne sumēs saluabitur. d. xi. non credidit gene
ralē resurrectiōem futurā in corpe et anima
xii. non credidit q; paradysus sit uita eter
na et gloria beatorū.

De septem opibus miseri
cordie temporalibus

De primo. nō dedit panē esurientib; nec ci
bum et debite custoditum. de scdo nō de
dit bibere sitiētib; saltim aquā mundā 2 re
centē. de tertio non uisitauit infirmos. nec
dignatus est eos inspicere. De quarto non
uestiuit nudos nec coopuit eis mēbra pud
būda. de gnto nō hospitauit paupes amōe dei
aut p sua pecūia d. vi. nō redemit in carceatos

nec uolunt intercedere p[ro] p[er]is. de .vii. nō sepeli
ut defūctos. nec p[ro]cūant ad sepeliendū eos.

De septem operibus misericordie spiritualibus.

Primo non dedit cōsiliū petentibus uel dedit malū cōsiliū et puersum. d[omi]n[us] sc[ilicet] d[omi]n[us] non docuit fidē ignorātib[us]. de tertio noluit dirigere deuitantes. de quarto non dedit cōsiliū carentibus. de quinto nō planxit dolores pauperū. de sexto non orauit p[ro] peregrinantibus nec etiā p[ro] laborātib[us]. de septimo nō effudit p[re]ces nec dedit elemosinas p[ro] fidelib[us] d[omi]n[us] fidei.

De septem sacramentis ecclesie.

De baptismo. non redidit q[uod] p[ro] eum pena relaxaretur et culpa remittatur. de confirmatione quā fecit ep[iscopu]s. de sacris ordinibus institutos. de sacrificio misse seu hostie. de matrimonio q[uod] deus instituit. de sacra penitentiā et confessione. de extrema unctione quibus nō adhibuit fidē rectā et uerā nec recipit nec honorauit ut debuisset. Itē de cōfessione nō debite facta. Itē de penitentiā non bene cōpletis. Itē de p[ar]ticipādo cum excommunicatis.

Tractatus de absolutionibus.

Quentur quis p[otes]t absoluere. Respondet q[uod] deus principaliter. Nā solus deus peccata remittit. 2^o dominus papa uel suus penitenti

arius p[otes]t absoluere penitentē et confitētē. Tertio ep[iscopu]s suū diocesanū absoluere p[otes]t et nō alium. Quarto curatus absoluere p[otes]t suū uerū prochiū. Quinto quilibet presbiter de licentia curati p[ro]p[ri]i uel superioris. Sexto religiosi priuilegiati sicut mendicantes aut alii. Septimo de casibus papalibus et reseruatissolus papa uel sui penitentiarius. Octauo d[omi]n[us] casibus ep[iscopu]s absoluit suū diocesanū aut sui curati seu p[ro]curatoris. Nono ois p[re]sbyter p[otes]t absoluere penitentē in articulo mōtis ab oib[us] peccatis q[ui]buscunq[ue]. Decimo laicus p[otes]t absoluere penitentē in articulo mortis cum nō possit haberi sacerdos.

Qui non debet absolui et cuius absolutio non ualet.

Primo Confitēs qui dicit se non uelle aut non posse penitere. Sc[ilicet] d[omi]n[us] nō uolens indulgere nec uolens rancorē dimittere. Tertio nolens redere inuēta cū sciat qui ea p[er]didit. Quarto nolens restituere furta siue dāpna p[er] se facta. Quinto nolens soluere debita sua cū hoc bene possit et h[ab]eat unde. Sexto adultus in quo nō apparēt aliqua signa contritionis. Septimo cōfitens alteri q[uam] suo curato sine licentia eius uel superioris. Octauo excoicatus a canone uel a iudice p[er] sententiā latā. Nono quādo peccatum

est reseruatū confitēs debet mitti ad supiorē
Decimo obstinati in aliquo peccato sicut phil
hardi meretrix aut usurarius tamē si instāter
regrūt possunt absolui et penitentia inūgi ui
delz q̄ hmoi peccata relinquāt ac furta inuēta
et debita reddāt Et cōfessor debet eis dicere
q̄ talis absolutio siue confessio modicū ualet
uel quasi nichil.

Casus multū utiles circa absoluteōne
Dubitatur utz mutus aut surdus siue blesus
possit absolui p̄ signa uel scripta tradendo cō
fessori Et sic possunt absolui. Dubitaē si ad
nena confiteatur in suo ydeomate si debeat
absolui Respōdeē q̄ cōfessor debet eū absol
uere licet nō intelligat. Dubitaē si infirmus
confiteat̄ de aliquo peccato reseruatō utruz
debeat absolui Respōdeē q̄ sic inūgendo ei
q̄ sic ualeat domino cōcedente faciat se ab
solui p̄ supiorē. Dubitaē si excōicatus sanus
excōicatione maiori possit absolui p̄ simplicē
p̄sbitez de peccatis suis Respondeē q̄ debz
prius absolui ab excōicatione et postea absol
uē de suis peccatis. Dubitaē utz confitens
de caū reseruatō possit absolui de illo peccato
p̄ simplicē capellanū Respondeē q̄ si est remo
tus a curia roma. talis pōt absolui et p̄cipiat̄
ei q̄ faciat se absolui p̄ supiorē cū poterit. 21

Deo gratias.

*Storia franciscus cunctis dominabitur horis
Et nati natozum / et qui nascentur ab illis*

7

Philippi Beroaldi Libel lus Quo Septem sapien tiam Sententiae Disciuntur.

Ab Lectorem

Aspicias septem sapientum bractea dicta
Vitam moratā ducere quisquis aues
Hec redolēt sophiā qua dulcia mella labascunt
Obsuscet cuius fulua metalla color

Hain 2975